Jhs

Noverint universi quod nos Antonius font als peretgal petrus tou bartholomeus roig loci de maria et stephanus bonet loci de hero anno presenti iurati
presentis ville sancte margarite habentes ad infrascripta et alia peragenda plenum posse mediante consilij determinatione celebrati in presenti villa in loco
assueto sub die mensis anno gratis et ex certa scientia cancellando primitus et anullando de voluntate infrascripti gregorij alos stabili
mentum per nos ipsi firmatum de infrascriptis terris cum onere quinque librarum et sex solidorum census prout constat penes nottarium infrascriptum sub quarta ap
rilis proxime preteriti ad bene meliorandum culturandum et in aliquo non deteriorandum damus stabilimus et in emphiteozim perpetuam concedimus cedimus
et tradimus vobis iam dicto gregorio alos eiusdem ville sancte margarite habitatori presenti et inferius acceptanti et vestris successoribus et quibus volueritis perpetuo
septem quortonos terre vel quod rerera fuerit franchos de censu de pertinentijs possessionis de alendiola que fuit Joannis monio dicti de alendiola per nos empte
per curiam magnifici petri raymundi caforteza in civitate maioricarum sub die decima octava mensis novembris anno a nativitate domini millesimo quingentesimo nonage
simo primo proxime preterito scituate in termino presentis ville sancte margarite tente sub alodio directo dominio et iurisdictione caballarie de alendiola
dicti magnifici petri raymundi caforteza domicelli de maioricis ad presentationem fatice decem dierum et ad mercedem de laudimio et ad vigesimum de decimo ex om
nibus expletis in ea fideliter colligendis et affrontantur dicti septem cortoni terre quos vobis stabilimus ex una parte cum terris Andree alos et ex alia parte
cum terris onofrij calefat camino mediante per quem itur ad rafallum arnaldi alos et ex alia parte cum terris margarite stelricha vidue Joannis stelrich
vedor et cum terris mathei monjo paratoris et ex alia parte cum terris cosme serra sequia mediante Predictos itaque septem cortonos terre prout superius
affrontantur includuntur et terminantur cum omnibus introitatibus proprietatibus terminis tenedonibus pertinentijs introitibus et exitibus suis
et generaliter cum omnibus alijs universis et singulis ad hoc stabilimentum pertinentibus et spectantibus vobis dicto gregorio alos et vestris ut dictum est superius
stabilimus sub tali tamen pacto et conditione quod pro censu et melioramento inde exeuntibus detis et soluatis vos et vestri nobis et nostris a die tertia me
nsis decembris proxime preteriti ad unum annum et sic deinde anno quolibet et perpetuo dicta die quatuor libras duodecim solidos et novem denarios monete
maioricarum censuales ad rationem [illegible] pro qualibet quarteriata allatas solutas positas et portatas intus presentem villam sancte margarite cum predagio
quinque solidorum monete maioricarum per vos vel vestros more solito solvendorum quas possitis luere redimere et quitare quandocumque volueritis in duabus equalibus
quitationibus ad rationem de octo pro centenario nobis et nostris francho et quitio est tamen pactum inter nos quod vos dictus acquisitor nec vestri possitis dictam
terram reddere seu desemparare quin prius redimeritis quartam partem dicti census ad dictam rationem de octo pro centenario nobis et nostris fran
cho et quitio In his vero non proclametis neque eligatis vos vel vestri alium dominum seu dominos nisi tantum dictum magnificum allodiarium et suos liceatque
vobis et vestris post dies decem ex quos seu quibus fathicati fueritis presentem acquisitionem vestram una cum omnibus melioramentis et augmentis ibidem
factis et de cetero faciendis dare vendere stabilire impignerare et aliter alienare indeque facere de predictis vestras et vestrorum omnimodas voluntates salvo
tamen semper in predictis iure directo allodiali dominio laudimio fathica iurisdictione a decimo predicto dicti magnifici allodiarij et suorum ac scribania pub
lica ipsius salvoque etiam nobis et nostris predicto censu promittentes et bona fide convenientes vobis et vestris quod predicta que vobis stabilimus faciemus
vos et vestros et quos volueritis semper facere habere tenere et in sana pace perpetuo possidere et deffendere contra omnes personas Et tenemur inde vobis et vestris
firmiterque teneri promittimus de evictione et de omni damno ac etiam interesse littis et extra etiam et ubique pro quibus omnibus et singulis supradictis sic
complendis et inviolabiliter observandis obligamus vobis et vestris omnia et singula bona dicte universitatis ville sancte margarite et singularium eiusdem
presentia et futura ubique sint renuntiantes quantum ad hec libelli oblationi messium garberum ferijs et vindemiarum dilationibus et foro nostro proprio et privile
gio eiusdem submittentes nos et omnia bona nostra dicto nomine foro et iurisdictioni curie dicte caballarie in posse cuius promittimus ius facere illius iurisdic
tionem in nos porrogando et consentiendo Pro intrata vero huiusmodi stabilimenti confitemur et in veritate recognoscimus habuisse et recepisse quinque
solidos monete maioricarum super quibus renuntiamus exceptioni dicte pecunie non numerate non habite et non recepte rei sic non geste et doli mali et in fac
tum actioni Et his presens ego iam dictus gregorius alos et dictum stabilimentum de predicta petia terre cum pactis predictis acceptans promitto dictam ter
ram bene meliorare culturare et in aliquo non deteriorare dictasque quatuor libras duodecim solidos et novem denarios censuales anno quolibet dicta die
vobis et vestris allatas intus dictam presentem villam Sancte margarite solvere dictosque septem cortonos terre non deserere seu desemparare quin prius re
dimerim quartam partem dicti censualis ad dictam rationem de octo pro centenario francho et quitio ceteraque omnia alia et singula superius dicta et narra
ta et per me attendenda attendere servare et complere pro quibus omnibus et singulis supradictis sic complendis et inviolabiliter observandis obligo vobis
et vestris omnia et singula bona mea presentia et futura renuntiantes quantum ad hec libelli oblationi acordio unius diei firme iurisdationi pigneris ad
decem dies et spatio quadrimestrium maioricis concesso bona mobilia non habentibus pro bonis immobilibus substandis et vendendis ferijsque messium et vinde
miarum dilationibus et foro meo proprio et privilegio eiusdem submittens me et omnia bona mea foro districtui cohertioni et iurisdictioni curie dicte
caballarie in posse cuius promitto ius facere illius iurisdictionem in me porrogando et consentiendo Actum est hoc in villa sancte margarite insule maioricarum
die decima mensis maij Anno a nativitate domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo Sig✠✠✠✠na nostra Antonij font, petri tou bartholomei
roig et stefani bonet iuratorum stabilitorum Sig✠num meum gregorij alos acceptantis predictorum qui hec laudamus concedimus et firmamus

testes in eorum presentia omnes firmarunt in dicta villa sancte margarite sunt Antonius font et Andreas alos dicte ville

116
PERG- 116

...set cortons de terra fermat per los
...garita agregar a los ab carrec de
...cesos y merines y entrada de ... 15x2
Jurats Alcudiola

Alos

116

AYUNTA...